



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensiſ Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Notatio ad Caput Decimum sextum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

Cæcus  
monachus  
visum re-  
cepit.

ei rediret, patrem ipsius duos argenteos oculos in eius honorem missu-  
rum. Abit cæcus à sepulchro, venit ad locum quendam, qui erat mo-  
nasterij veteris Montis, accipitur illic humaniter, & cùm causam cæci-  
tatis suæ indicasset, Conuersus quidam hortatur eum, vt sanctum EN-  
GELBERTVM Episcopum inuocet, responder ille se id fecisse: addit  
Conuersus, vt benè confidat martyrem sibi non defuturum: moxque  
inde recedit Conuersus, & post horam eo reuertitur. Eum verò mona-  
chus iam videns, salutatur. Et conuersus ad eum: Vnde scis, inquit, me  
hic esse, cùm nihil videas? Ille responder: Gratia Deo & beato ENGEL-  
BERTO: perspicuè enim intueor & te, & quicquid est in his ædibus.

### Notatio ad Caput Decimum sextum.

Burnen-  
bach.

. Abbas Burnenbacensis.  
IN manuscrip. dicitur Burnenbach  
quæ domus est ordinis Cisterciensis  
sua in terminis Wormatiæ, hodie iu-  
risdictioni Comitum de Werthem  
& Lewenstein subiacet.

§. Vnum ex iunioribus  
Monachis.

Huic Ulrico nomen fuisse manu-  
script. testatur.

§. Venit ad locum quendam qui erat Mo-  
nasterij veteris Montis.

Surth.

IN manuscriptis legitur: *Venit diuente famulo ad Gangriam do-  
mus Bergensis, quæ Sorenda dicitur modico à ciuitate Coloniensi distā-  
tem.* In literis Collegiæ S. Georgij à B. Annone Anno 1059.  
erectæ nuncupatur Soretham, sic etiam in archæo insignis  
Collegij S. Seuerini lego, nunc passim audit Surth, ad Rhe-  
num vix vno lapide supra Coloniæ, diues ibi prædium hoc  
etiam





etiam tempore Monasterium Montanum obtiner.

**A** Hæc quæ ex manuscrip. subiicio, minime omittenda erant, sed in epitomen Surii merito venire debuerant: ait autem manuscrip. *Gratias ago Deo & B. ENGELBERTO, quia bene video tam vos quàm ea quæ in domo sunt, nec non & flumiū qui fluit ante Gangriam, volens experiri frater si verum diceret, ait: quid est quod pendet in pertica? respondit, Manutergium. Et verum fuit, & redijt videns & glorificans Deum & S. ENGELBERTVM.*

**B** **Caput Decimumseptimum.**

*De Monacho quodam Eberbacensi paralytico sanato.*

**E**ODEM tempore Monachus quidam Eberbacensis ad partes inferiores missus, in itinere antequam veniret Coloniam, membris omnibus adeò paralyti cœpit diuexari, vt difficulter ad veteris Montis monasterium posset perducī. Ibi in valetudinario manenti occurrerunt miracula noui martyris ENGELBERTI. Vouet igitur se, si morbus abscedat, Missam defunctorum dicturum. Mox sentit remissiū, & totus reualefcit.

Paralyticus  
curatur.

**Notatio ad Caput Decimumseptimum.**

§. Ibi in valetudinario.

**I**N manuscrip. dicitur: Frater iste ad eam impotentiam deuenit, vt depositus in infirmatorio cum se erigere, vel in aliud latus vertere non posset, membrorum officio destitutus, suspensū in trabe funiculi ad miniculo vtī debuerit.

§. Reualefcit.

In manuscrip. illa adduntur: *Qui Deo gratias agens & Creatori suo, S. ENGELBERTO cum ad claustrum suum rediret, & Tuitii cum magistro Ioanne eiusdem loci Abbate pranderet: hæc quæ dicta sunt me audiente presentibus narrauit, duos predictos conuersos*

Ioannes  
Sanctensis  
Abbas  
Tuitiensis.  
lib. 3. vita S.  
Engelberti  
c. 5. pag. 198.  
qui